



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 78. Dissidia inter Papæ Nuntium, & Lucernensem Pagum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI.** que sacramenti religione obstringebat,  
A.C. 1586. se duntaxat pro fidei Catholice defen-  
 sione pugnatores, & si Rex quidquam  
 in sectariorum gratiam moliri depre-  
 henderetur, arma posituros, & ad sua  
 reversuros.

§. LXXXVIII.

*Diffidia inter Papæ Nuntium, & Lu-  
 cernensem Pagum.*

*Thuan. l. 84.* Verum improvisus quidam eventus

Nuntii Pontificii conatus, quos Ro-  
 mana Curia ratos habebat, nonnihil  
 turbare, ejusque auctoritatem quodam-  
 modo imminuere videbatur, quippe  
 Lucernenses, quorum Tribus ex cete-  
 ris quinque Catholicorum Pagis facile  
 princeps est, premente annonæ angu-  
 stia a Collegii Bronnenensis Canonicis  
 magnam frumenti copiam postulave-  
 rant, cum autem illi postulata non fa-  
 cerent, ab iisdem Lucernensibus citati  
 fuerant, ut coram Magistratu compare-  
 rent: verum Nuntius hac agendi ra-  
 tione offendus, suamque jurisdictionem  
 esse violatam ratus Canonicis inhibuit,  
 ne judicis profani citationibus parerent,  
 ejusque auctoritatem agnoscerent, nisi  
 anathematis pœnam incurrire velint.  
 Protestantes hanc occasionem in rem  
 suam vertentes studiose proposito ho-  
 nos tuendi obtentu Lucernenses in-  
 ducere

170

305

ducere studebant, ut hi suorum privi- Secul. XVI.  
A.C. 1586.  
legiorum conservationi, atque auctori-  
tati invigilarent, porro hanc in rem eis  
exponebant, quod semetipos propriæ  
libertatis penitus amittendæ periculo  
objicerent, suamque jurisdictionem  
Nuntio cedentes, cum prius Domini  
essent, ipsius mancipia fierent. Hæ  
follicitationes specietenus firmæ Lucer-  
nensibus probabantur, unde Nuntius ma-  
jora mala inde oritura pertinescens  
cuncta provido hoc consilio Protestan-  
tium molimina elusit; quippe ex con-  
silio Patrum Jesuitarum, quos penes se  
habebat, Religionis arma induit, & in  
majus Urbis templum primarios cives  
Lucernenses evocat, ratus, loci religio-  
ne ab omni injuria se tutum fore, insu-  
per ad majorem securitatem proposita  
in altari venerabili Eucharistia coram  
ipsis orationem habuit ad gravitatem,  
& nihilominus ad moderationem com-  
positam, qua præcipue cum ingenti  
rationum pondere ipsis æquam de iis  
querendi cauissam exponens, nil eorum  
prætermisit, quibus illos ad culpæ suæ  
confessionem permovere, atque ad pœ-  
nitentiam inducere posset. Haec ora-  
tionem, quam coram Sacratissima Eucha-  
ristia pronuntiabat, Lucernensium ani-  
mi tam intimo sensu commovebantur,  
ut interposita etiam juramenti religione  
police-

Sæcul. XVI. pollicerentur, quod deinceps nunquam  
A.C. 1586. Bronnensibus Canonis molestiam in-  
ferre vellent: quo facto Nuntius datæ  
fidei Syngrapham confici jussit, eam-  
que quantocius Romam transmisit.

§. LXXIX.

*Bellum post Orcamense colloquium a  
Fœderatis restauratum.*

*Thuan. l. 36.* Sub idem ferme tempus variæ Lega-  
tiones ad Regem decernebantur, eo  
fine, ut hic Princeps ad pacem Calvi-  
nistis concedendam induceretur: ve-  
rum in irritum cecidere eorum conatus.  
nec etiam fœderati, quorum potentia  
indies crescebat, magis cum Rege con-  
tentи erant: itaque exeunte Menie Sep-  
tembri in Orcamensi Abbatia prope No-  
viодунум conveniebant, ibideisque  
suas contra Regem querelas innovabant,  
eundem accusantes, quod quidem o-  
dium adversus hæreticos palam præ-  
ferret, eorum tamen ducibus clam pa-  
trocinaretur, multaque dissimulatione  
ufus esset, dum Protestantium Imperii  
Principum Oratores exceperat. His  
addebat, magnas quidem copias ab  
illo ali, verum de industria tot locis  
distributas, ut sat manifeste appareat,  
quod neutiquam ad hostes debellandos  
illis uti vellet, igitur iidem statuebant,  
ut tunc, quamprimum occasio ferret,  
seda-